



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Caritas eius in Adversarios.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

fectam Evangelici operarij formam ex institutis nostris exequitur; se ipse nobis nec sentiēs expressum reliquit. Deplorabat interim successum Calvinianæ pestis omnibus circa locis: nec solum inductos in fraudem simplices, sed ipsos etiam corruptores, ac circūscriptores miserabatur. Et quoniam inter omnes eminebat Antonij Sadeclis astuta procacia, quem electum sane Organum Satanæ vocat, pro eo nominatim cupiebat à Societate preces fieri, quod eam siue sciens ille, siue nesciens petulantissime incesset.

1585.

Annus iam quintus agebat Friburgi Evangelistæ operi, & aliis intentus de more animarum remediis, cum Prouincialis Georgius Baderus eo profectus tentare cœpit, si quò auocare communem Patrem posset, vbi plus aliquanto opportunitatis ad studiorum solatia, & aliquod etiam debitum ætati, virtutique laxamentum suppeteret. Quod simul atq; suboluit Friburgensibus, pene precibus armatis ne id fieret, vrserunt. Omnium vna ratio fuit, Senatam, ac Populum Friburgensem, nihiloq; minus Ecclesiasticos grauius offensus iri, quod omnes & propter sanctitatis estimationem, & nominis celebritatem secundum Deum

*Caritas eius in  
Adversarios.*

*Friburgensium  
in eum Caritatis,  
& Venerationis  
ratio.*